



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Bvllæ Pii V. Contra Exercentes Sodomiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

deliberata, quod fecus est dicendum, quando ex animo deliberato ad eum accederent, licet absque patris nec in campo franco, tunc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit, &c.

PRAXIS BULLÆ PII IV. CONTRA
Exercentes Sodomiam.

RESOLVT. LVI.

- 1 Sodomix peccatum grauissimum est, & apostasia appellatur.
- 2 Sodomia vnde dicitur: & quid sit, & eius differentia vide num. 6.
- 3 Committens sodomiam videtur violare naturam humanam, quæ disponit, vt per naturalem coitum conseruetur genus humanum.
- 4 Mulieres à natura constitutæ sunt, vt partus edant, & hunc ordinem non seruando execrabili odio naturæ ab ipsa apostataur.
- 5 Ordo naturæ est, vt sit concubitus maris, & femina modo debito, & honesto.

Sodomix peccatum grauissimum.

- 1 Sodomix crimen grauissimum est hinc nominatur Apostasia, quæ inter grauissima crimina annumeratur: tres enim sunt species apostasie videlicet à Deo, à natura, & à Principe. Prima appellatur crimen heresis, Tertia læsæ maiestatis, At secunda crimen sodomiticum, seu peccatum contra naturam.
- 2 Sodomia enim dicitur à Ciuitate Sodomia, in qua, vna cum cæteris tale flagitium nimis excreuerat, & ideo igne cœlesti oppressa, & damnata fuerunt: contra naturam vocatur, & hoc nomine vitur tam Ordinarius Rossani, quam Bononia, quia non solum ex eo Deus, qui est summa natura offenditur, sed etiam quantum in patrante est ipsa natura humana violatur. Debent quippe homines fidem naturæ sicut Deo, vt sicut quilibet genitus est, sic alium sibi similem generare disponat, vt per coitum naturalem conseruetur genus humanum ad hoc in auth. de nupt. in principio, l. liberorum, ff. de verbor. significat. & mulieres à natura constitutæ fuerunt, vt partus ederent, l. 2. C. de indict. viduit, quod potissimum ipsius est munus, l. queritur, §. 1. ff. de edil. edict. in coitu vero contra naturam, quia spretis mulieribus, quas ad hoc natura creauit, quantum ad genus non seruatur humana species, sed deletur, manifestè ab ipsa natura execrabili quodam odio apostatatur, ita dixit Luc. de Pena in l. 3. C. de exactoribus, & executoribus lib. 12.
- 5 Rursus ordo naturæ institutus ad habendam copulam in his consistit, vt sit concubitus hominum, vtriusque sexus secundum naturalia instrumenta generationis modo debito, & honesto, vt fusè explicat Caiet. circa art. 11. ad D. Thom. 2. 2. q. 154. vnde
- 6 vbi non est copula carnalis, hoc est cœcubitus, est molities, quæ dicitur quando quis ob delectationem veneream seipsum polluit, vel cum adminiculo alterius, quod si concubitus est, sed non humanus vocabitur etiam peccatum contra naturam, & bestialitas, vt cum quis bestix commiscetur, at si est concubitus humanus, sed cum eadem specie, tunc vocatur Sodomia, vt si mas cum mare, femina cum femina commisceatur D. Thom. qui supra, & de hoc ad præsens.

RESOLVT. LVIII.

- 1 Sodomita propriè dicitur agens, & veriore sententiam vide num. 8.

- 2 Patientes dicuntur propriè molles.
- 3 Duplex genus molliciei.
- 4 Patiens differt ab agente ex varijs causis.
- 5 Minus punitur patiens, quam agens. Et etiam in foro conscientie, vide num. 6.
- 7 In pœnas Bullæ Pij V. incidunt, tam agentes, quam patientes.
- 9 In varijs tribunalibus obseruatum est, vt eadem pœna infligatur agenti, quam patienti, quando excedit ætatem 20. annorum.

An in pœnas nostræ Bullæ incidunt, tam agentes vitium Sodomiticum, quam muliebria passus.

FVit mihi quæsitum, an in pœnas d. Bullæ Pij Quinti incidunt, tam agentes vitium sodomiticum, quam muliebria passus, & prima facie videbatur negandum ex eo, quod cum in Bulla infligitur pœna contra exercentes sodomix crimen sit, vt ille propriè dicatur sodomita concubitor masculi, scilicet agens, hoc est, qui agit contra naturam cum eadem specie in vase indebito 32. q. 7. c. adulterij crimen, c. flagitia, c. clerici de excess. prælat. vnde, 1 patientes, molles vocantur iuxta illud 1. ad Corinth. c. 6. Neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt, vbi glo. sic exponit, quam sequitur D. Thom. 1. 2. q. 138. ad 1. & Caiet. in sum. in verbo mollicies in fine, qui dicit, quod molles dupliciter dicuntur, vel quia peragunt in se pollutionem voluntariam, & ita dicitur vitium infinium cōtra naturam, vel quia mas patitur, vt mulier. Inde dicitur molles, vel quia muliebria patiuntur quasi mulieres effecti, idem videtur probari in auth. vt non luxur. contra naturam. Vbi sodomita dicitur, qui agit contra naturam, sed agens non est, qui patitur; ergo. Ex quo arguitur, quod cum patiens differat ab agente, & non sit idem, vt agens, quod non venit appellatione, Sodomix patientium ex diuersitate vocabuli, & variatione, tum ex diuersitate pœnæ, tum ex grauitate seeleris, nam maius est peccatum agentis, quam patientis, vt dixit Archiepiscopus Floren. 3. par. tit. 17. c. 17. §. 4. in fine notatur 32. q. 7. c. adulterij in glof. 2. & secundum mensuram peccati crit plagarum modus Deuter. c. 15. c. felicitis, §. illud de pœnis, in 6. & maior pœna imponitur agenti Sodomitice in foro contentioso, quam ea, quæ imponitur patienti, quia agenti intelligitur pœna ignis: non sic patienti, pariter mitius punitur, qui passus fuit aliquod inhonestum in domo sua, quam agens: ira Bal. in l. cum ancilla 1. col. verbo item nota, C. de incest. nupt. Pariter in foro conscientie mitius agitur contra patientes, quam contra agentes, cap. sicut tribus de pœnit. dist. 2. glof. in c. si cui de pœnit. dist. 1. Abb. in cap. sicut dignum per illum text. extra de homicid. Quare fit, quod volens Episcopus tam agentes, quam patientes comprehendere sub casu reseruato sic ait. Qui nefarium crimen Sodomix commiserint, vel passus sunt.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium resoluendum censui, vt scilicet in pœnas præfatæ Bullæ incidunt tam agentes, quam muliebria passus, tum quia ambo dicuntur verè, & propriè crimen sodomix perpetrare, tum etiam, quia iura infligentia pœnas contra sodomitas loquuntur, tam in agente, quam in patiente, vt patet in l. cum vir, C. de adult. in §. 1. in authen. vt non luxurientur contra nat. in cap. clerici pro contraria allegatus de excess. prælat. & in varijs tribunalibus eadem pœna deprompta est contra patientes, quando excedunt ætatem 20. annorum, vt in specie Cauale. decisio. 22. part. 5. Gaspar. Thesaur. decis. 17. par. 3. Thoming. decis. 23. & ita etiam Bombin. cons. 22.

C 2 RE-

RESOLVT. LVIII.

- 1 Per vnicum actum quis non potest dici exercitator illius actus.
- 2 Verbum exercentes non verificatur, nisi ex pluralitate actuum.
- 3 Verbum exercere significat frequentiam actuum ex diuersis temporibus.
- 4 Tres actus venerei eodem tempore sine diuisione ad actus extraneos habentur pro vnicu actu.
- 5 Qui cadit aliquoties, & cecidisse penitet non videtur incidere in hunc casum.
- 6 Exercere venit ab exercitatione, & illi propriè dicuntur exercitores, qui in vsu ponunt aliquid, num. 7.

Verbum exercentes positum in Bulla qualiter intelligatur.

Magna est controuersia inter DD. in l. legatis, ff. de legat. 3. an per vnicum actum dicatur quis exercitator eiusdem actus, & communis resolutio est in partem negatiuam ex doctrina Bart. in §. omnem in proemio Digestorum quem refert, & sequitur Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina de caus. possessionis, & proprietatis, vbi nomina verbalia non verificantur ex vnicu actu, vnde cum in d. Bulla infligitur pena contra exercentes crimen sodomie propterea sui in opinione in quadam causa mihi delegata, quod verbum illud exercentes non verificetur, nisi data pluralitate actuum, vnde Graff. in praxi casuum reseruatorum, cap. 11. libro 1. voluit, quod verbum exercere significet frequentiam ex diuersis actibus non ex eodem tempore, sed diuersis, facit text. in cap. monasteria de vita, & honestate cleric. Nam tres actus venerei continuati, antequam quis diuertat ad extraneos actus cum masculo habentur pro vno continuato, & aggregato, vt ff. de furtis, l. vulgaris in princip. Bald. in capit. cum Ecclesia numer. 16. extra de caus. possess. & propriet. Ita tenet Nauar. in Manu. cap. 27. numer. 250. Hinc fit, quod is, qui aliquoties cadit, & cecidisse penitet, non videtur incidere in hunc casum, & de hoc vide Graff. in d. praxi, cap. 1. lib. 1. num. 67. Hinc minus rectè sensisse cenleo Ignatium Lopez, in addit. ad Diaz. ca. 88. erga finem, vers. circa vnum, qui impugnando opinionem Nauar. vnicum actum sufficere præterendit impugnando, & reprobando, tum quia à tanti viri opinione non est recedendum eo magis, quia affirmat ita sibi respondisse. SS. D. Gregorium XIII. Tum quia exercere venit ab exercitatione, vnde exercitus nomen traxit. ff. de testament. milit. l. 1. in princip. Quia exerceri debent milites, & discere in otio, quæ facere, & perficere possint in bello, vt dixit Lucas de Penna in c. milites verbo exercitio, C. de re milit. lib. 2. Tum quia vulgò illi dicuntur exercitores, qui in vsu ponunt aliquod v. g. quis exercuit aduocationem. Hoc est per aliquod tempus fuit aduocatus, & iste est communis vsus loquendi attendendus argum. text. in l. sciendum, §. illud verbo sufficet, ff. de adil. edicto.

RESOLVT. LIX.

- 1 Bestialitatem committens comprehenditur Constitutione Pij V. contra Sodomitas.
- 2 Ad tollendum peccatum semper est facienda extensio, & quando agitur de fauore animæ, num. 3.
- 3 Ex identitate rationis in statutis correctorijs fit extensio.



An Constitutio Pij V. emanata contra exercentes vitium sodomiticum locum sibi vendicat in illo, qui vitium bestialitatis commiserit præposita Venere.

Ad difficultatem propositam pro resolutione, dicendum committentem vitium bestialitatis cum brutis luxuriæ causa præposita venere tali decreto comprehendere, ex eo quia constitutio prædicta cum tendat ad fauorem animæ, & ad tollendum peccatum, in quo casu semper est facienda extensio ad illum finem tollendi peccatum, vt docet Rota in decis. diuers. decis. 29. num. 10. volum. 2. Abb. in c. ex tenore, qui filij sint legitimi, num. 6. & Iason in auth. quas actiones, num. 25. C. de sacrosanct. eccles. igitur merito in d. Bulla facienda est extensio ad prædictum casum cum agatur de fauore animæ, & intentio constitutis est, vt excludat omne peccatum, per quod statutum emanatum fuit, & eiusdem generis.

Nec facit, quod Constitutio non faciat mentionem de casu nostro, sed tantum de exercente vitium sodomiticum, quia constitutio loquens de ijs, quæ communiter, & sæpè eueniunt non per hoc excludit alia, quæ raro accidunt, dummodo sint eiusdem generis, prout est casus, de quo agimus. In statutis enim correctorijs, vt est d. Bulla semper potest fieri extensio ex identitate rationis, vt voluit Paul. de Castro conf. 39. Et prædicta confirmantur, quia sicuti non excluditur ex hac constitutione cognoscens feminam præposita venere est, quia in tali casu propriè committitur sodomia, vt voluit Iul. Clarus, qui de communi opinione testatur lib. 5. recept. sent. §. sodomia, num. 2. cum Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 286. num. 5. lib. 7. Thesaur. casuum conscient. cap. 1. num. 21. ita præfata Bulla constitutionem, nemo negabit non excludere exercentem tale vitium cum brutis, nam si comprehendit de quo minus, ergo de quo magis cum valeat in iure argumentum de minori ad maius, & e contra.

Et quod includatur vitium bestialitatis committens cum brutis luxuriæ causa turpiter se commiscendo in proprijs terminis voluit Roland. conf. 7. uol. 1. Rodriq. in summa par. 1. cap. 209. numer. 2. nec non Quaranta in suo Bullario in uerbo Sodomia.

RESOLVT. LX.

- 1 Cum femina secundum Ciuiliistas potest esse vitium sodomiticum, contra secundum Theologos in foro conscientie, num. 3. comprehenduntur tamen sub casu reseruatorum, num. 5.
- 2 Feminis & masculis abuti à pari iudicatur.
- 4 Communis vsus loquendi, licet improprius est præferendus.

An committentes sodomiam cum feminis incidant in penas Bullæ.

Articulus est, an rem habens præposita venere cum mulieribus dicatur uerè, & propriè sodomiam committere, in quo articulo est animaduertendum, quod licet communis sit sententia apud Ciuiliistas, quod cum femina possit esse vitium sodomiticum tex. in cap. adulterij malum, & cap. usus ibi, in feminis 32. quæst. 7. Nauar. de iudic. lib. 2. consil. 1. unde Cæsar. Lambert. de iure patronat. in 1. part. lib. 2. in 1. artic. princip. fol. 13. numero 3. dicit, quod iudicatur à pari abuti feminis, & masculis ex gloss. in cap. omnes causationes 32. quæst. 7. bonus tex. in cap. in Archiepiscopatu de rapto: ubi Panorm. hinc æquali poena puniuntur committentes hoc pessimum scelus cum masculis, ut dixit Couar. in 2. par. de matrim. c. 7. num. 7. Iulius Clarus libro 5. §. sodomia

sodomia fol. 385. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 286. num. 1. Matth. de Afflict. in Constit. Regni de legum Alperitate lib. 3. rubr. 42. num. 13. tamen in foro interiori conscientia aliter sentiunt Theologi, vt D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 11. vers. 2. Armilla in verb. Sodomia, Syluest. in verbo luxuria §. 1. & ratio est, quia duo requiruntur ad committendam sodomiam, vt concubitus fiat cum persona indebita masculi cum masculo, femina cum femina, & vase indebito, sed modo licet sit secundum, quia non adest primum, nam sit concubitus cum persona debita, scilicet masculi cum femina non dicitur vitium sodomiticum, sed peccatum innominabile, seu contra naturam, D. Thomas, qui supra Syluest. in verb. luxuria, §. 1. in fine, vel peccatum monstruosum, vt dixit Armilla, quare non videtur, referuatum, nisi in locis, vbi includuntur tam agentes, quam patientes, vt Ferraria, vel in loco, vbi non referuatur vitium sodomie, sed vitium indicibile hoc est non nominandum, & nec loquendum, vt Castellaneus, ego autem dubito de hoc, nam licet in casibus referuatis fiat stricta interpretatio, & attendatur propria significatio verbi, tamen quando communis vsus loquendi repugnaret propriæ significationi verborum, communis vsus est preferendus, licet sit improprius, l. librorum, §. quod tamen Calfus, ff. de legat. 3. vbi Bart. & in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. Philip. Franchus in cap. 1. versic. decimo quarto limita de tempore ordin. lib. 6. quare, & si ex propria significatione non veniat appellatione sodomie concubitus cum muliere in vase indebito, venit tamen ex communi vsu loquendi, & quod talis sit communis vsus vocare vitium sodomiticum concubitus mariti cum vxore in vase indebito, patet quia sic Doctores loquuntur Archid. in c. omnes cautiones 32. q. 7. Abb. in c. maritis num. 3. & alij scribentes de adulter. sic vulgus qualiter vocabitur maritum, nisi sodomitam, quare concludendum videtur comprehendere sub casu referuato non solum sodomitam masculorum concubitoem, sed etiam, qui feminam præposita venere cognouerit. Tum etiam, quia maius videtur peccatum coire cum femina in vase indebito, quæ habet vas naturale, quam cum mare, vt nos diximus in 1. vol. conf. de adult. lib. 5. conf. 3. num. 12.

RESOLVT. LXI.

1 Sodomiam committens per vim, & metum non dicitur exercere, & qui sint, qui committant per vim, & metum, num. 2.

An committens sodomiam per vim, & metum incidat in penas Bullæ.

1 Non comprehenduntur sub casu exercentium ij, qui non sponte, sed coacte exercendo hoc scelus agunt, nam litera loquitur de exercente, & videtur impossibile, vt quis possit hoc scelus quasi ex habitu continuato exercere inuitus, sed solum habere locum in eo, qui ex inopinato casu ad hoc cogetur.

2 Exemplum si esset quidam puerulus, qui volens focios habere in inferno minaretur alicui mortem, nisi puero abutatur, nam tunc talis non dicitur facere, quod propria voluntate non facit, 7. q. 1. c. mutationes facit text. in l. 1. §. si quis tamen, ff. de postul. & quamvis voluntas coacta voluntas sit, non tamen dicitur in stricta, & propria significatione, & vocabuli proprietate seruata argum. tex. in l. si mulier, §. si metu, ff. quod metus causa, facit tex. in l. vim passa, ff. de adulter. ad idem l. si vxor §. pen. & l. fædissimam, C. eod. quamvis mortaliter peccet, capit. sacris de his, quæ vi.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

RESOLVT. LXII.

1 In atrocissimis delictis puniuntur affectus non sequuto effectu, & asseruntur plures casus.

2 Ad committendum sodomie delictum plura requiruntur, & per totam.

3 Actum non consummato in crimine sodomie non venit pena mortis, & quæ alia pena extraordinaria fuerint impositæ per totam.

An in penas præfatæ bullæ incidat qui cognouit puerum non immittendo semen intra vas.

Videbatur dicendum, quod sic prima facie, ex eo quod cum delictum sodomie sit grauissimum, atque atrocissimum propterea esse puniendum, licet effectus sequutus non fuerit, prout expresse probatur in l. cum vir. C. de adulterijs, Angelus ibid. num. 3. Afflict. in 3. par. Constitutionum Regni Rubr. 42. in principio, num. 13. Iodochus in practica crimin. cap. 46. num. 12. & in atrocissimis delictis, puniuntur solus conatus, etiam si effectus secutus non fuerit, vt dicit gl. in l. 1. §. hæc verba in verb. putamus, ff. quod quisq; iuris, & hanc dicit esse communem opinionem Felin. in c. 1. nu. 9. de officio delegati Couarru. in Clement. si furiosus, num. 52. de homicidio, & ideo secundum eos in crimine læsæ maiestatis, falsificationis monetæ puniuntur solus conatus Gramm. decif. 74. Triuis. decif. 51. Antonius Faber decif. 21. de penis. Papon. decif. 10. l. 23. prout in crimine assassinij, Capicius in decif. 112. Grammat. voto 9. nu. 12. & seq. in conante attendere aliquid contra pacem publicam. Gail. lib. 1. obseruatione 14. & Grammaticum decifio. 2. Et hunc coitum esse contra naturam aduersus opinionem Gomez. supra citat. voluerunt Barbatius conf. 64. & in conf. sequenti, volum. 1. Alex. de Alex. confil. 85. Calcan. conf. 110. Decius conf. 9. Butrius confil. 58. Marfil. conf. 28. Paris. 173. lib. 4.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium censui resoluendum, quod tales non dicantur verè, & propriè sodomiam committere, & consequenter non incidere in penas nostræ Bullæ, quam opinionem tenuerunt Gomez. in leg. 80. Tauri n. 34. in vers. ex quibus rationibus. Ad committendum enim peccatum contra naturam necesse est secundum scribentes, quod membrum in ipsas partes pudendas ponatur, ita Plotus conf. 232. n. 22. vol. 1. inter consilia criminalia diuersorum Artaman. conf. 32. n. 3. Merenda conf. 24. Bomin. confil. 65. Peguera decif. 52. vnde Afflictus super 3. par. Constitutionum Regni Rubr. 42. in principio post n. 15. refert se vidisse iudicatum per Magnos DD. quod si quis actum non consummasset, quia scilicet membrum in ipsas partes pudendas non posuisset, sed alia extraordinaria, secus autem si membrum imposuisset, licet intus semen non emisisset idem attestatur Iulius Clar. in §. sed omnia, versicu. quæro nunquid; dicens, ita Senatam in facti contingentia iudicasse in causa cuiusdam Iosephi Canariæ, quem tantummodo virgis cedi iussit 10. Februarij 1595.

Et quod præfatus reus non veniat pena ordinaria sodomie puniendus tenet Lopez hoc tit. vbi dicit, quod quando simplex fricatio interuenit huiusmodi delinquens citra mortem puniendus, & sic refert fuisse iudicatum in Ciuitate Granatæ, in qua asserit hunc casum de facto contigisse.

Et mulieres agentes vna cum alia sine aliquo instrumento pena flagellorum condemnatas, & punitas fuisse refert quoque Boerius in d. decif. 316. circa fin. de facto fuisse propositam occasionem contra

C 3 duas

duas mulieres, quæ inter se actum venereum faciebant fricando, & se corrumendo, & in fine dicit quosdam fuisse condemnatos ad fustigationem.

Et cum supradictus casus contingeret in Ciuitate Cataloniae in persona cuiusdam, qui plures actus venereos cum multis pueris fricando inter crura manibus abutendo, & semen emittendo commisisset fuit condemnatus per Regium eiusdem Ciuitatis Senatuum, quod fustigetur, testatur Peguer. in decis. 71. & cum idem casus in eadem Ciuitate contigisset in persona Alexan. Azardi, qui cum, vt dictum fuit, attentasset habere accessum cum alio contra naturam, & membrum in vas non imposuisset, quia non potuit, sed tantum extra vas, & per crura se polluisset, non fuit punitus poena mortis, sed alia mitiori poena, scilicet ad seruitium Regiarum triremium remigando ad decennium.

RESOLVT. LXIII.

- 1 *Dictum Sodomitati non facit indicium ad torturam: contrarium pluribus rationibus probatur, num. 3.*
- 2 *Infamis à testimonio repellitur, & non facit indicium, qui allegat turpitudinem suam.*
- 4 *Dictum stuprati, quando faciat indicium concurrentibus adminiculis.*

An ad effectum incurrendi in penas Bullæ probetur sodomia per dictum sodomitatem.

In quo articulo Marfillus in consil. 28. numer. 16. vol. 1. respondendo propositæ quæstioni affirmat dictum sodomitatem non facere indicium ad torturam, & mouetur ea ratione, quia sodomitatus asserendo se suppositum per sodomiam, fatetur se infamem, vt in Auth. vt non luxurientur contra naturam, & in l. cum vir, C. ad leg. Iul. de adulter, & in cap. clerici de excessib. prælat. & in cap. flagitia, & cap. sequent. 32. q. 7. infamis autem à testimonio repellitur, vt tenet Speculat. in titu. de test. §. 1. versic. item quod est infamis, ergo, &c. præterea probatur non facere indicium, quia allegans turpitudinem suam non est audiendus cap. inter dilectos extra de donationibus, cap. cum super de concessio. præbend. cum alijs ibi allegatis per eum, quem etiam sequuti sunt Grammat. decis. 28. num. 14. & consil. 65. num. 2. & decis. 40. num. 16. & Paris. consil. 163. num. 7. & 8. lib. 4.

Contrariam tamen opinionem sentit Bos. in tit. de indicijs, & considerationibus ante torturam, nu. 160. vbi dicit in crimine sodomie socium posse de consocijs interrogari, & eius nominationem facere indicium ad torturam, & ad hoc probandum quinque adducit rationes. Primo, quia in ijs, quæ sui natura aliter haberi non possunt focij criminis admittuntur. Secundo, quia in delictis occultis Iudex semper debet esse promptior, & facilius ad torturam. Tertio, quia sodomia non committitur in iniuriam alterius, sed ad sui libidinem, & voluptatem explendam. Quarto propter immanitatem criminis iuxta glo. in l. fin. in verb. conscientia, C. de accusationibus, & iuxta ea, quæ late scripsi in decis. 75. Quinto, & ultimo, quia hoc crimen sine socio non committitur, per ea, quæ dixit Farinac. de indicijs, & tortur. quæst. 43. num. 107.

Ex quibus ergo videmus quæstionem hanc esse inter scribentes controuersam, verum eam resoluit Farinac. in dict. tit. de indicijs, & tortur. dict. quæst. 43. num. 99. dicens dictum stuprati, siue maris, siue femine, & siue maioris, siue minoris, & siue sponte, siue per vim facere indicium ad torturam contra stuprantem, tamen cum adminiculis, & secus esse sine eis, & dicit hanc opinionem communiter esse receptam per Doct. supra ab utraque parte allegatos,

vt per Marfill. in dicto consil. 28. num. 16. in fine, & sequent. Bos. in tit. de indicijs, num. 160. versic. ita tamen iuncto num. 166. Plot. consil. 133. sub num. 23. iuncto num. 25. & licet hæc opinio intelligenda sit, dum tamen illius dictum sit in tortura firmatum, quia socius criminis propter delicti confessionem dicitur infamis, & nunquam infamis admittitur sine tortura leg. ob carmen, §. si ea rei conditio, ff. de testibus, c. illi, qui §. quæst. 8. cap. in primis 11. quæst. 1. gloss. in cap. per tuas, de simon. cum alijs in proposito allegatis per Marfill. in practic. in §. diligenter, num. 62. tenet etiam Farinac. in tit. de indicijs, & tortur. quæst. 43. num. 134. qui magnam Doctorum ceterum idem sentientium adducit, tamen quia in regio Consilio dictis sociorum criminis in alterius factum etiam sine tortura adhibetur tanta fides ad condemnandum poena ordinaria delicti contra nominatum consocium concurrentibus tamen alijs indicijs, seu adminiculis, & non alijs, quanta adhibetur cuiunque alij testi, vt late dixi in decis. 5. num. 38. ideo secundum dictam opinionem absque tamen tortura fuit conclusum in Regio Consilio die 28. Ianuarij 1599. in facto fisci procuratoris Regiæ Curie contra N. qui cum tentasset alium contra naturam cognoscere deueniendo ad actum proximum maleficio, & patiens confessus fuisset delictum, & eius dictum fuisset adminiculatum, vtputa quia fuit reperta læsio in illius partibus pudendis fuit dictus N. dicto tantum focij sic adminiculato, & tortura minime confirmato condemnatus, quod torqueretur ad sciendum ab eius ore, an membrum intus vas exterius imposuisset, probatis tamen in suo robore remanentibus.

RESOLVT. LXIV.

- 1 *Iniuriam contra proprium honorem illatam, licet vnicuique propulsare.*
- 2 *Nihil est, quod apud mortales debeat estimari, quantum est honor, & dignitas.*
- 3 *Melius est nomen bonum, quam diuitie multe.*
- 4 *Non est puniendus is, qui causa honoris hominem occiderit, nam in illo casu comparatur furioso, cui omnes parcere tenentur.*
- 5 *Tueri debemus non solum honorem proprium, sed etiam consanguineorum.*
- 6 *Occidens clericum inuentum cum uxore, filia, vel sponsa, non incurrit excommunicationem.*

Percutiens clericum tentantem de crimine nefando, si ex percussione sequuta est mors, an incurrat in excommunicationem.

Adolescens quidam cum fuisset à quodam clerico de crimine pessimo tentatus ipsum tentantem lethaliter vulnerauit, & ex dicto vulnere mortuus est.

Fuit dubitatum apud me si dictus tentatus incurreret in excommunicationem, & sit irregularis ex morte subsequuta, & Respondi negatiue ex duobus.

- 1 Primo, quia iniuriam contra proprium honorem illatam licet vnicuique propulsare, vt notatur in l. 1. & in l. Prætor edixit, ff. de iniurijs, August. ad Angel. in verb. & dictus Titius, num. 20. versic. quæritur an ex folis minis. Merlinus in decis. Rotæ 266. vbi percutientem ex supradicta causa non esse percutiendum, inquit, causa enim honoris, & vitæ æquiparantur, l. iusta, ff. de manumissis vindicta, vnde Menoch. in consil. 202. lib. 4. qui honoris, & dignitatis suæ maioremque suorum tuendam causa omnem diligentiam, & curam adhibent, non modo dampnandi non sunt, sed summopere laudandi, quippe nihil est apud nos mortales quod tanti debeat fieri, quanti ho-

ti honoris dignitas, atque excellentia, quæ omnibus rebus antefertur l. Iulianus, vbi Iafon, & reliqui, ff. si quis omiffa causa testamenti, & in cuius comparatione pro nihilo reputantur mille Thefauri, & diuitiæ ca. ex meritò 6. quæst. 1. cap. licet de accusat. Vnde in Eccl. c. 2. melius est habere bonum nomen, quam diuitiæ multæ; Honor enim secundum Boer. in conf. 22. præferri debet omni interesse mundano, & secundum Annan. in conf. 80. qui agit causam honoris dicitur agere causam sanguinis, vnde Bald. in conf. 318. vol. 1. non esse puniendum illum, qui ex causa honoris hominem occiderit, quia in illo casu equiparatur furioso, cui omnes parcere tenentur, l. furioso, ff. de regul. iur. l. infans, ff. de sicarijs, & idem Bald. in conf. 23. vol. 2. quo fit, vt ne dum pro honore proprio tuendo hoc procedat, verum etiam, & consanguineorum, c. dilecti de sententia excomm. in 6. & ad hoc etiam facit, quod voluit Anchar. in conf. 223. n. 4. vbi causam honoris grauiorem esse inter grauissimas per text. in l. isti quidem, ff. de eo quod metus causa: immo secundum Menoch. conf. 94. vol. 1. Ipsimet vite anteferri consuevit à sapientissimis, Eminentissimisque Viris, sequitur Capicius decif. 7. n. 5. Vnde Marcus Tull. in Philippica 3. Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur, vnde Apostolus 1. ad Corint. c. 9. ait, Expedit mihi magis mori, quam gloriam meam quis euacuet, vnde non tenetur quis suam famam, & honorem negligere, & habetur etiam in c. 9. 12. q. 1. ex quibus videbatur dicendum dictum adolescentem minimè contraxisse excommunicationem, ex quo honoris gratia illum tentantem percussit, & non eundo per mendicata suffragia, hanc eandem questionem decidere videtur Baiardus ad Clar. in §. sodomia, num. 5. Vbi facit mentionem de quodam scholare, qui cum tentatus fuisset à suo Pedagogo gladio cum interemit. Propter quod ne dum fuit liberatus puer, verum etiam summopere magnificatus ob egregium factum attèta illius ætate. Secundo, quia masculinum concipit femininum, l. qui duos, l. si ita scriptum, ff. de legatis 2. & in iure clarum est occidentem clericum inuentum cum vxore, de filia, vel sponsa, non incurrere excommuni. c. si verò, de sent. excomm. Nauar. conf. 62. eod. tit. Igitur ita dicendum in causa supradicta ex identitate rationum.

PRAXIS BULLÆ CLEMENTIS VIII.
contra sollicitantes mulieres in confessione.

RESOLVT. LXV.

- 1 Bulla est stricti iuris, & non recipit extensionem.
- 2 Verba legis sunt ad vnguem seruanda.
- 3 Is dicitur facere, qui iubet aliquid facere.
- 4 Damnum dat, qui damno dari iubet.
- 5 Pœna inflicta contra facientem, procedit contra mandantem.
- 6 Mandator, & mandatarius possunt de crimine accusari.
- 7 Rati habitio retrahitur, & comparatur mandato.
- 8 Statutum contra perpetrantem, procedit contra mandantem.
- 9 Accusans de homicidio, si probat mandatum, obtinebit.
- 10 In penis non est facienda extensio, quando non est eadem ratio.

An Bulla Clementis VIII. contra sollicitantes mulieres in confessione locum sibi vindicet contra sollicitantes per interpositam personam.

Vidi disputari, ac controuerti inter doctissimos Viros, an dispositio Bullæ Clementis Octau, eiusque pœna locum sibi vindicet, & procedat contra Aloys. Rice. Praxis. Pars I II.

tra sollicitantes mulieres ad turpia per interpositam personam, & pro parte negatiua adducebatur bullam esse stricti iuris, vt latè per Nattam in conf. 39. vol. 1. post Felinum in cap. perpetuus de fide instrumentorum, Rubeus conf. 17. num. 7. & sequenti, & proinde non recipit extensionem, Anna allegat. 39. præterquam in casibus à iure expressis glo. in l. error. C. de iur. & fact. ignoran. Vnde cum ex verbis dictæ Bullæ non comprehendatur mandans sollicitari, propterea non extendenda ad dict. casum, Verba enim legis sunt ad vnguem seruanda, l. 1. §. is, qui nauem, ff. de exercitoria actione, nec ab eius significatione recedendum est, l. non aliter, ff. de legat. 3. Faber decif. 16. C. de verborum signific. Mandosius conf. 32. Monaldus conf. 43. vol. 1. & cum in verbis legis non est ambiguitas non est de eius mente disputandum, l. ille, aut ille, ff. de legat. 3. prout in casu nostro, in quo de verbis bullæ non dubitatur, cum euidenter apparet legislatorem voluisse comprehendere tantummodo sollicitantem, non autem mandantem sollicitari; facit etiam pro hac eadem opinione, quod verba prævalent menti legis, quando mens non repugnat verbis, l. si quis filium, C. de liber. præter. cap. præterea, de verborum significat. Bald. confil. 32. vol. 1. Alex. conf. 324. vol. 2. Alciatus responsio 60. nu. 3. & seq. Decius consilio 12. vol. 1.

Cæterum contrariam sententiam de iure fuit responsum, scilicet, quod dicta bulla comprehendat etiam mandantem sollicitari mulierem ad turpia, ex tex. in l. manumissiones ff. de iustitia, & iure, & in l. si amicis, ff. de adult. quibus iuribus probatur eum dici facere, qui iubet id facere, vnde in l. capiend. §. is damnum dat, ff. de regul. iur. habetur, quod is damnum dat, qui iubet damnum dare, & regula iuris est, qui est causa damni damnum dedisse videtur, & quicquid est causa causæ, est causæ causati d. l. manumissiones, ff. de iustitia, & iure, item dicebant, quod qui per alium facit per se ipsum facere videtur cap. qui per alium, de regul. iuris lib. 6. & consequenter, licet bulla infligat pœnas contra sollicitantes, videtur etiam infligere contra mandantem per interpositam personam ex regul. supradicta, quæ etiam probatur per text. in l. 1. §. deiecitse, ff. de vi, & vi armata per quem text. disponitur, quod parum refert suis manibus quis deiciat, vel per alium, vt probatur etiam in capit. ex parte de restitut. spoliator. vbi remedium recuperandæ possessionis interponitur, tam contra spoliantem, quam contra mandantem spoliari, vel ratum habentem, & ratio est secundum Menochium in tractatu de adipiscenda possess. remedio 21. pœna inflicta contra agentem aliquid procedit etiam contra mandantem sequitur Personalis quæst. 23. Tomingius decif. 42. & facit text. in l. non ideo minus, C. de accusationibus, vbi dicitur, quando mandatum mandatarius non excusat, tam mandator, quam mandatarius possunt de crimine accusari ad idem tex. in cap. mulieres, de sent. excommunicat. Vbi pœna Canonis si quis suadente diabolo 17. q. 4. procedit, tam contra percipientem clericum, quam contra mandantem percipi, vt pariter decisum refert Franciscus Marcus in decif. 893. parte 2. Duen. regul. 91. Clarus in §. fin. quæst. 36. in principio, quod ampliatur etiam procedere contra ratificantem percussorem eius nomine factam cap. cum quis de sentent. excommunicat. in 6. Cum rati habitio retrahatur, & mandato comparetur cap. rati habitio, de regul. iur. in 6. & omnia nostra facimus quibus nostra impartitur authoritas, l. 2. C. de vet. iur. enucleando, & glof. in cap. fin. de accus. Vbi inter facientem, iubentem, & mandantem nullum discrimen, cum mandans dicatur verè, & propriè facere, l. non solum, §. qui mandato ff. de iniur. vbi mandans